UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Si secundo nupse. mulier.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Sed iſta determinat quãdam dubitationem.breuiter dicit.Libe-
ri ingrati non admittuntur ad partem lucri eius,quod vltra debi-
tum ſecunde coniugi eſt relictum.h.d.⁊ nihil aliud,⁊c.

Si ſecundo nupſerit mulier. Rub. X.

LEX VNICA.

SI vſumfructum. Iſta lex corrigitur ⁊ li-
mitatur per auth.hoc
locum, ⁊c.

AVTHENT.

a **HOclocum.** Uides quod mulier non priuat
vſufructu [a] per trãſitum ad ſcda
vota,niſi priuetur a teſtatore expreſſe, vt hic vides. qd
no.quia oportet quod teſtator dicat, donec honeſte, ⁊
caſte vixerit,⁊ vidualem vitam ſeruauerit. Si enim diceret,donec
honeſte ⁊ caſte viueret,vel diceret,honeſte,⁊c.certe non amittit v-
1 ſumfructum,quia honeſte ⁊ caſte viuit,licet tranſeat † ad ſecunda
2 vota,vt l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb.Bl.format hic †
vnam queſtionem de teſtatore,qui reliquit vxorē dominam,⁊ vſu
fructuariam omnium ſuorum bonorum, quid verba iſta importãt
de iure,⁊ quid de conſuetudine.de conſuetudine ita obſeruatur,ꝙ
extantibus liberis habeat alimenta tantũ, extraneis inſtitutis ha
bet vſumfructum integrum.Uide glo.⁊ de hoc in Spe.qui filij ſint
legi.§.j.ver.quid ſi quis ita.⁊ per Dy.in l.Titia cum teſtamento.§.
fi.ff.de leg.ij.⁊ ibi plene dixi,⁊c.

ADDITIO.

a POMA.¶ Uſufructu.Uide Alex.conſi.xl.in ij.dub. vbi ampliat
etiam in relicto,quod participat de natura vſusfructus.

ALIA LECTVRA.

2 ☞ Si vxor eſt relicta domina ⁊ vſufructuaria omnium bonorũ,
quid contineat hoc legatum.nu.3.⁊ 8.
8 Legatum factũ vxori,quod ſit domina,⁊ vſufructuaria, extraneis
inſtitutis,quid operetur,⁊ contineat.
14 Si vxor eſt relicta domina,maſſaria,⁊ vſufructuaria. donec hone-
ſte cuſtodierit lectum teſtatoris,⁊ nõ exiget dotes,ſi ceſſit iura do-
talia fratri,an perdat legatum.

a **HOclocum.** [a] Hec auth. ſumitur de corpo-
re de nuptijs.§.auie. ver.ſi ve-
ro ſolum.⁊ vide quod ibi no.⁊ addit ad legem Codicis
que loquebatur tantum in vltima volũtate,hec loqui-
tur etiam inter viuos, ⁊ etiam quo ad vltimam voluntatem, ⁊ le-
gem Codicis corrigit,⁊ determinat in tex.ibi,alioquin ideſt, ſi non
ea.l.datus,ſed ſimpliciter eſt relictus per maritū vxori vſuſfru.ibi
1 permiſſus,vt cum tranſit ad ſecunda vota,† vt ſ.tit.proxi.l.femine.
Odof.⁊ hec auth.continue habetur in practica propter gl.ibi po-
ſitam pro queſtione,que contingit de facto.videlicet ſi maritus re
a linquat ſuam vxorem dominam,maſſariam,vſufructuariam, † an
3 tale legatum valeat, an non,⁊ ſi non valeat quid habere debeat ex
hoc legato,⁊ quomodo ſit iudiciū in predictis.ſi teſtator inſtituit
heredes ſuos , vel extraneos, ⁊ quia iſta ſunt contraria , latius
quam gl.dicam.⁊ do.Odofr.in effectu dicit illud,quod gl. ordina-
ria,licet aliquid plenius dicat.Cuius opi.recitat Spec.⁊ ſequitur
in ti.qui filij ſint leg.§.j.ver.quid ſi quis ita dixerit.De hoc etiã no.
per Hoſt.in Summa de pig.§.qualiter conſtituitur.ver.ſi quis di-
cat.⁊ ver.ſeq.Et de hoc no.in margarita Alberti Galeoti de actio.
circa finem.ver.quid ſi dico.Item facit ad hanc materiam j.de ind.
vidu.l.ij.⁊ auth.cui relictum.in gl.⁊ in corpore vnde ſumitur.⁊ ff.de
auro ⁊ argen.leg.l.ſpecies.Et pro diſcuſſione prime queſtionis,ſci
b licet an valeat tale legatum,intendo ſubijcere quãdam queſtionẽ [b]
Dy.in qua ipſe Dy.conſuluit,videlicet quidam fecit teſtamentū
in quo inter alia vxorem ſuam maſſariam,vel vſufructuariam reli-
quit,quoſdam alios ſibi heredes inſtituit,finito vſufructu, ⁊ domi
nio vxoris ſue predicto modo vult iſta vxor habere vſumfructum
predictum:mariti heredes opponunt quod non debet habere, q2
dies vſusfructus legati cedit ab adita hereditate, ſed hereditas
non poteſt adiri per heredes,cum ſint inſtituti demum finito vſu-
fructu vxoris:ergo ⁊c.Et quod domina ſit in totum expellẽda, po
c teſt euidenter oſtendi,quia ibi in teſtamento repugnantia [c] contine
tur:ergo deſcripta in teſtamento non valent,vt ff.de reg.iu.l.vbi re
pugnantia.⁊ de condi.inſti.l.ſi Titius. Sed conſtat quod eſſe fru-
ctuariam ⁊ eſſe dominam,repugnantia ſunt, cũ non poſſit habere
vſumfructum,vel aliã ſeruitutis ſpeciẽ in ea re,in qua habet domi
niũ.ff.ſi vſuſfr.pet.l.vti frui.de ſerui.vrb.predio.l.in re cõmuni. ⁊ de
iure dot.l.cum in fundo.circa prin.Igitur negari non poteſt,quod
in teſtamẽto predicto contrarietas non ſit,⁊ per conſequens ratio
ne contrarietatis,tota diſpoſitio ſit inutilis.Et ad huius cõfirma
4 tionem accedit quod † ſi vnum contrariorum eligatur,tacite vide-
tur alteri renunciari,vt j.de condi.l.fi.ff.de fur.l.j.ff.de inſti.l.ſed ſi
pupillus.§.ſi inſtitoria.⁊ de ver.ſigni.l.hec verba.Cum ergo domi-
nium,⁊ vſuſfr.ſint contraria,vt probatum eſt, ergo ſequitur quod
ad poſitionē dominij remouetur poſitio vſusfructus,⁊ econtra,
ita ratione perplexitatis,tota diſpoſitio ſit inutilis.Preterea, con-
ſtat quod relicta in teſtamento, non debentur antequam heredi-
tas adeatur.j.de fideic.l.eam quam.ff.de re.iu.l.ſi nemo.Item con-
ſtat,quod ex inſtitutione concepta in diem incertũ, vel ſub condi-
tione,non poteſt adiri hereditas,antequam dies incertus,vel con-
ditio exiſtat,vt ff.de her.inſti.l.in tempus.in prin.l.ſi quis inſtitu-
tur.⁊ l.qui filio. Ex quo ſequitur, quod cum hereditas adiri non
poſſit,ante aduentum diei incerti inſtitutioni adiecte,quod nec le-
gatum in teſtamento relictum poſſit deberi. Igitur relictum vxo-
ri non debetur,cum non cedat antequam adeatur hereditas,vt
de cadu.tollen.l.j.§.in nouiſſimo.⁊ ff.quando vſuſfr.leg.ced.l.j.§.
Preterea,conſtat,quod vſumfructum,⁊ dominium non poteſt
gere,cum ſint oppoſita,vt ſ.probatū eſt.Igitur licet legatum
abſolute relictum,perinde debet haberi,ac ſi legatum eſſet relictum
diſiunctiue,vt ff.de reg.iur.l.in eo.§.vbi verba.Sed vbi duo lega
diſiunctiue relinquuntur,quorum vnum poſſibile eſt cedere an
te teſtatoris,⁊ aliud ab adita hereditate, vtrunque tempus ex
ctatur,⁊ tunc legatum cedit,vt ff.quãdo dies leg.cedat.l.
in princi.l.cum ita.⁊ l.cum illud.ſed vſumfructum legatum
poſſibile cedere,ante aditam hereditatem,vt ſ.oſtenſum
legatum dominij,⁊ ſi non eſt poſſibile quod cedat,eius
la foret,dato quod domina alterum eorum eligeret,vt ff.de
l.optione.⁊ l.Iulia.de legat.j.Preterea,certum eſt, quod
non potuit duos inſtituere heredes, ita quod quilibet eſſet
inſolidum,vt ff.de regu.iur.l.quod contra.§.vlti duo.Igitur p
cta domina heres exiſtere non poteſt , cum alij ſcripti eſſent here-
des vniuerſales,⁊ ſi non temporis certi,tamen incerti, cum diſtin-
ctione.Ex quo ſequitur quod alij ſint heredes,⁊ nõ domina.quod
ita probatur. l. cauetur quod particularitas temporis equipollet
particularitati rerum,vt ff.de teſtam.mili.l.miles ita.§.⁊ quia dixi-
mus.ſed inſtitutus in re certa habetur pro legatario,⁊ non pro he-
rede,vt j.de her.inſti.l.quoties.ff.de her.inſti.l.his verbis.⁊ ibi glo.
Ergo ſi concedamus eam inſtitutam videtur inſtituta pro parte
temporis , donec viueret. Sequitur ergo quod alij inſtituti here-
des ſine temporis prefinitione habentur loco legatarij , ideo non
eſt poſſibile legatum deberi cum effectu, niſi poſt aditionem here-
ditatis.vt ſ. oſtenſum eſt. Sed certum eſt, hereditatem non poſ
adiri antequam dies certa exiſtat , ergo non eſt poſſibile legatum
peti.Item ſi iuxta conſiderationem predictam debetur poſt aditam
hereditatem , ſequitur quod vſuſfructus videtur domine relictus
demum cum moritur,⁊ ſic videtur legatum inutile, vt ff.de vſufr.
leg.l.vſumfructum,⁊ de vſufr.l.Titio.¶ Econtra videtur quod do-
mina ſit heres ⁊ domina pleno iure vſque ad tempus mortis
5 quod ſic probatur.Certum eſt, † heredes inſtitui poſſe poſt
incertum,ergo ad incertum,cum equipollere videatur,vt ff.de
inſti.l.in tempus ⁊ l.ſi quis inſtituatur.⁊ l.qui filio.j.de her.
6 extraneum.Preterea,in dubio ſoluta † oratio equipollet cop
vt ff.de ver.ſig.l.triplici.§.videamus.⁊ eo.ti.l.alienationis.§.
conſtat quod vbi plenum dominium,⁊ vſuſfructus collectiue
quitur,eſt in electione eius,cui relinquitur, vtrum pet. de vſu
leg.l.ſi Titio.Igitur ⁊ vbi abſolute relinquitur. Sic etiam in
poſito,debet eſſe in electione domine,vtrum velit vſumfructum
dominium plenum. Sed ad hec omnia poteſt faciliter reſpon
quod locum habere poſſunt,vbi eſſet aliquis heres,⁊ quod
ditione relicta confirmarentur.que patent non eſſe in queſtione
dicta viuente vxore.Ideo queſtio remanet in hoc ſolum,an p
inſtitui poſſet ad tempus incertũ,ſicut ex tẽpore incerto.quod
to verum, vt j.de her.inſt.l.extraneum.⁊ ibi dicetur.Sic igitur
dictis videtur cõcludere do.Dy.quod exiſtẽte herede qui ad
le legatum vxori relictum valeat non obſtante contrarietate
pplexitate,⁊ quod ſit in electiõe vxoris, vtrũ velit ea viuente vſum
fructum vel dominium plenum.Circa quod gloſ.hic ⁊ predicti
doc.⁊ alij,quos audiui,⁊ communiter aduocati in iudicio tenent
tale legatum valeat non obſtante repugnantia,q2 dico poſſe re
ci ad cõcordiam.Dixi enim quod ille,qui habet vſumfructum
vſum,dominus dicatur,licet improprie,⁊ ad hoc īducũt in ar.
de nõ elige.icod nub.§.aliud vero.circa ſi.ibi,vſum quidem ex
tibus dominis.de nap.§.⁊ q2 parum.ibi,vſum dominus conſti
7 vt ff.rerum amota.l.j.⁊ q2 † vſuſfructus eſt pars dominij,vt ff.
ij.l.cum filius.§.dominus.⁊ de vſuf.l.iiij.⁊ de le.ij.l.Titia cum
mento.§.fin,per quas do.Oldra.doctor meus tenebat opinio
predictam,ſcilicet tale legatum vxori relictum tenere,non ob
cõtrarietate,vel perplexitate,que videbatur in eo.Tamen
tenebat idem,quod dicatur dominus,ſolum ratiõe preeminẽ
cet ad eam non ſpectet proprietas ⁊ allegat de pecul.l.ſeruus
ordinarius ibi,id quidem quod dominus com.vbi loquitur de or-
dinar

aſtarie domino vicarij,ꝛ pro eo.ff.de publica.l. cũ ſi adhibuiſſent.
vbi hoc tenet Jac.de Are.ꝛ allegat.ff.de ſol.l.titia ꝛ de ver.ſig.l.p-
nunciatio.§.j.ibi,parum ante fi. Et pro hac auth.Bene facit ff.ad
Silla.l.j.§.ſi vir.Concludo ergo*ſecundum omnium communem
opi.tale legatum valere,non obſtante contrarietate, vel perplexi-
tate predicta,per dicta iura.¶ Ad ſecundum†ergo quod cõſequi
debeat ex tali legato: puto dicendum quod eligere poſſit plenum
dominium,vel vſumfructum in vita ſua,tamen de conſuetudine,ꝛ
ex mẽte teſtatoris.opi.gl.ꝛ aliorum doc.communiter ſeruatur. do.
autem Odofr.hic,ꝛ s.de inof.teſt.l.cum queritur,cuius opi. ſequitꝰ
Spe.vt predixi,late diſtinguit,ꝛ dixit quod vis eſt fienda in verbis
teſtatoris,nam aut teſtator dixit relinquo vxori mee vſumfructum
omnium bonor.aut dixit relinquo vſumfructum talis domus, vel
talis predij.Primo caſu ſi maritus nõ habet liberos,tunc vxor ha
bebit vſumfructum omnium bonorum mariti, dummodo iſte vſuſ
fructus non excedat dodrantem, cum alijs legatis, quia tunc de-
trahitur Falcidia,etiam per heredem extraneum,vt ff.de vſufru. l.
omnium,ꝛ ibi gl.ff.de vſufr.le.vxori.in tex.ꝛ gloſſ.ꝛ eſtimatur talis
vſufr.ſecũdum l.ff.ad l.fal.l.hereditatẽ . Si autẽ habebat liberos,
ꝛ tunc vxor habebit vſumfr.omnium bonorum mariti excepto de-
bito bonorum ſubſidio. in quo liberis non poteſt aliquod graua-
men impon.,vt s.de inoffi.teſtam.l.quoniam in prioribus.ſi ipſi filij
velint ipſo debito eſſe contenti,ꝛ hereditatem patris amplecti no
lunt,tũc vxor gaudebit vſufructu omnium bonorum.Et ita loqui
tur prealiegat.l.vxori.de vſufr.leg.ꝛ gl.ibi poſita,ꝛ concor.in auth.
de trien.ꝛ ſemiſ.§.prohibemus.ꝛ ibi gl.Si autẽ maritus relinquat
vſumfr.alicuius certe rei,tunc indiſtincte habebit vſumfr.certe rei
illius.ff.ad l.fal.l.j.§.ſi vſufr. Si autem relinquit vxorem dominam,
maſſariam,ꝛ vſufructuariam,ꝛ tunc poſt mortem mariti habebit
nomen domine,ꝛ preeminentiam,ſicut habebit vſumfr. omniũ bo-
norum quatenus ſufficiat ſibi ad alimẽta ſecundum dignitatem,ꝛ
facultatem.Et ita ſecundum Odofre.ſunt interpretata iſta lega-
ta per collegium Bononienſe,ꝛ ita ſeruatur* communiter,ꝛ pro-
nunciatur in iudicijs,ꝛ iſta alimenta*percipiet a ſe ipſa,non de ma
nu filiorum,vel aliorum heredum,arg.ff.de vſufr.le.l.fundi Treba
tiam.in fi.ꝛ ibi no.in gl.In hac op.erat d.Placen.que ſatis placet.
De iure autem Lõgobardo.pro quo adhuc ſeruatur prerogatiua
maritus non habens liberos,poteſt dimittere vxori ad libitum p-
prietatem,ꝛ vſumfructũ,ſi autem habet liberos ex ea, poteſt ei di-
mittere dimidiam vſufr.ꝛ non vltra.Si autẽ habet liberos ex alio
matrimonio poteſt ſibi relinquere virilem vſumfr.pro numero libe
rorum,ꝛ illud perdit per tranſitum ad alia vota vt in Lombarda
* de his que a viro vxori dantur vel relinquuntur l.fi.* ¶ Tertia †q̃
9 ſtio eſt quid operatur illud legatum,quo maritus dimittit maſſa-
riam ꝛ vſufructuariam vxorem,ꝛ extraneos heredes inſtituit. Et i
hoc arguit glo.ſatis obſcure,arguit enim primo quod non habeat
locum predicta conſuetudo,quia alia eſt ratio ſuorũ, ꝛ alia extra-
neorum,quia ſuis eſt magis debita hereditas quã extraneis,ꝛ non
eſt par eademque ratio,vt j.de codicil.l.fi. ¶ In contrarium facit,
q2 ſi hoc admiſit conſuetudo exiſtentibus ſuis liberis, quod vxor
habere debeat ex tali legato ſola alimenta,vt s. tactum eſt eadem
conſuetudo videtur trahi debere ad caſum quo ſunt inſtituti ex-
tranei.Ad hoc alle.gl.in l. de quibus.ff.de legibus.ij.reſp.Oldr.ſe-
quebatur primam opi.quia non eſt par eademque ratio.ꝛ ideo nõ
debet idem ius eademque conſuetudo ſtatui in ſuis,ꝛ in extraneis
inſtitutis.Unde hoc caſu vendicare poſſet ſibi locum opin. Dyn.
quod inſtitutis extraneis eſſet electio mulieris,an vellet habere om
nium bonorũ vſumfr.an plenum dominium in ſua vita,ꝛ pro hoc
etiam facit mens teſtatoris,que non videtur etiam in tantum gra-
uare ſuos,ſicut extraneos.Sed que ſit ratio diuerſitatis,q̃ ſi mu-
lier habeat plenam proprietatem,ꝛ tranſit ad ſecunda vota,quod
perdit proprietatem,ꝛ retinet vſumfr.ſi autem habet vſumfr. tan-
tum,illum non perdit, niſi relictum ſit illud ſub conditione, ſi non
nubat,vt hac aut.Hanc queſtionem*querit hic Odofr. ꝛ ſoluit vt
in gl.in corpore vnde ſumitur.que incipit ſed quare ſecus.¶ Circa
materiam predictam ſubijcio vnam aliam queſtionem , quam diſ-
10 putauit Rayne.doct.meus. Quidam in†ſuo teſtamento dicit ſic,
Item volo ꝛ precipio,quod Berta vxor mea habeat mille de bõis
meis,in gaudimẽto toto tempore vite ſue,donec honeſte vixerit ſi-
ne viro,ꝛ poſt vitam ſuam dicta mille ſuperueniant in Titium cõ
ſobrinum meum.Accidit quod Berta tranſiuit ad ſecunda vota,
ꝛ ſic expirauit legatum.Queritur,*an Titius ſ conſobrinus meus
ſtatim ad dicta mille admittatur,an demum poſt mortem natura
lẽ Berte predicte,ꝛ interim penes heredẽ predicta mille debeant
manere.Et quod Titius admittatur poſt mortẽ naturalem Ber
te ſic probatur.Cũ in his verbis nulla eſt dubitatio, nõ dꝫ admitti
voluntatis queſtio.ff.de leg.iij.l.ille,aut ille.§.cum in verbis.cum ſi.
Item cũ teſtatores loquuntur poſt vitam, intelligitur poſt†mor-
tem naturalem,non ciuilem.ff.de leg.ij.l.cum pater.§.hereditatem.
de ver.obli.l.ex ea parte.§.in inſulam.cum ſi.Sed in verbis propo

ſite queſtionis,ſunt iſta verba.poſt vitam ſuam,que ſignificãt mor-
tem naturalem,vt probatum eſt.Ergo Titius per tranſitum ad ſe
cunda vota fideicommiſſum non habebit,ſed demum poſt mortem
Berte,ꝛ interim penes heredem manebit.Secundo idem proba-
tur ſic.Certum eſt,quod ambiguitates teſtamentorum pro heredi 12
bus interpretantur.Unde ſtatu libero dare iuſſus,heredi dare de-
bet,vt ff.de ſtatu libe.l.qui pecuniam.ꝛ l.ita liber.l. Labeo.cum ſi.
Item ſi Titius hec verba,poſt vitam ſuã.vult interpretari, ea nõ
tranſeunte ad ſecunda vota,nõ minus poſſit commode interpreta
ri,etiam ea ad ſecũda vota tranſeunte per l.ex his verbis,j. quãdo
di.leg.ced.ꝛ de fideic.liber.l.fideic.Cum oratio talis ſit ambigua p
herede eſt interpretanda,vt probatum eſt . ergo ea viuente rema-
nebit penes heredem,ꝛ maxime ſi heres eſt de liberis, vt ff. de an-
nu.le.l.quintus.Tertio probatur. Certũ eſt quod ex intentionibꝰ
petentium metimur ius ex perſona actoris,non ex perſona rei , vt
s.de edend.l.qui accuſare.de rei ven.l.fi.ff.ſi pars he.pet.l.j.§.j.Idẽ
ex queſtio.propoſita ex verbis ſatis apparet,demum poſt mortem
Berte fideicõ.relictum Titio conſobrino,non ergo ante mortem,
ergo ad poſitionẽ vnius ſequitur excluſio alterius, vt s.de proc.l.
maritus.cum ſi.l.licet ergo Berta ad ſecunda vota tranſiens, lega
tum perdiderit,non tñ propter hoc viuẽte Berta Titius admitti
tur.Sufficit enim ſibi ius integrum ſeruari.non ergo meliorẽ con-
ditionem fieri,vt ff.ad Trebel.l.ex aſſe.ꝛ l.ſi cui.ij.reſp.ꝛ de iure dot.
j.l.ij.ꝛ ſic interim dicta mille apud heredẽm remanebunt.Quarto,
idem probatur ſic.Si vſuſfructus alicuius rei legatur vni pure.ꝛ
alteri proprietas ſub conditione legati proprietas deſinat.vſuſfru
ctus ad heredem pertinet.ꝛ ideo tali caſu legatarius vſuſfructꝰ he
redi.ꝛ legatario proprietatis ſtipulatione fructuaria habet cauere
ff.ad exhi.l.ſi quis hominem.§.ſi tibi.Sed in caſu noſtro Berte vi
detur relictus vſuſfructus quaſi de mille,ꝛ quidẽ pure,ꝛ ſaltem in ſin
gulos annos,donec honeſte vixerit ſine viro,vt d.l.fi. de indic.vid.
ꝛ arg.ff.de annu.le.l.j.Nam Titio cõſobrino poſt mortẽ Berte vi-
detur relicta proprietas. ergo Berta nubente, ꝛ ſic ſuo vſufructu
perempto,interim ipſa mille penes heredẽ manebunt. Quinto idẽ
probatur ſic.In queſtio.noſtra duo fuerũt relicta,vnum Berte,a-
liud relictum Titio poſt mortem Berte,ꝛ ſic primuꝫ eſt ad tẽpus
ſecundum eſt ex tempore,quod eſſe poteſt, vt j.de le.l.fi.s.de vſufr.
l.ambiguitatem.ff.de le.ij.l.ſi ita relictum.§.Pegaſus, ꝛ idem eſt in
ſtipulationibus.vt ff.d.actio.ꝛ obl.l.obligationũ fere.§.j. Item ca-
ſus omiſſus a teſtatore,habetur pro omiſſo.vt l.cõmodiſſime de li
beris ꝛ poſth.cum ſimilibus.Ergo caſus iſte per tempus,quod eſt
inter nuptias ꝛ finẽ vite Berte omiſſus eſt,ꝛ pro omiſſo debet ha-
beri,ꝛ interim non videtur heres grauatus,ꝛ ideo medio tempore
fideicommiſſum debet remanere penes heredem. Ultimo pro hac
parte videtur caſus.ff.de condi.ꝛ demon.l.quibus diebus.§.quidã
vbi ſic dicitur,quas pecunias cuicunque legaui, heres meus eas,
ſi mater mea moritur,dato,ꝛ determinatur ibi per Labeonem,q2 nec quo
ad petitionem,nec quo ad tranſmiſſionem cedit dies ante mortem
matris.Et pro hoc etiam j.de his que ſub modo. l. ij. vbi ſi legatũ
mihi eſt relictum,ꝛ deinde Titio, ſub aliqua conditione,ꝛ demum
poſt exitũ cõditionis,Titius admittitur ad petitionẽ fideic. ſic ergo
in caſu queſtionis propoſite Titius cõſobrinus demũ poſt mortẽ
Berte admittitur,ꝛ interim penes heredeꝫ remanebit. ¶ E cõtra
quod ſtatim non expectata morte Berte,poſt eius ſecũda vota ad
mittatur Titius conſobrinus,ſic probatur.Legata,ꝛ fideicõmiſſa
quedã donationis cauſa mortis dici poſſunt, vt ff.de le.ij.l. legatũ.
j.de dona.cauſa mor.l.fin.ad fi.Item qui tales donationes faciunt
magis volunt vxores habere.quam eum,cui reliquit,ſed magis il-
lum,cui reliquit quam heredem ſuum,vt ff.de dona.cauſa mor.l.j.ꝛ
l.ſenatus.§.j.Igitur Berta nubente,ꝛ ſic eius legato deficiẽte,ma
gis admittitur Titius conſobrinus,quam heres.Et pro hoc ff. de
condi.ꝛ demon.l.ſi quis eum,ꝛ ſi vſufr.pet.l.fundus detracto. Ad
idem probatur ſic.Ceſſante cauſa,ceſſat effectus.s.de epiſco.ꝛ cler.
l.generaliter. cum ſi. Item gaudimentum vxoris , eſt cauſa quare
differtur fideicommiſſum Titij conſobrini.Tertio ſic.In teſtamẽ-
to pro fauore relictorum, interpretãde ſunt voluntates defuncto
rum,vt ff.de reg.iur.l.in teſtamentis cum ſi.Item in repreſentatio
ne fideicommiſſi ſoluendi Titio cõſobrino plenior eſt interptatio
quam in retardatione,vt inſtit.de act.§.plus.ꝛ §.tempore,ꝛ Inſtit.
de fideiuſ.§.non ſolum cum ſi.Item gaudimẽtum vxoris,eſt cauſa
quare differtur fideicõmiſſum,cũ Ber.nupſerit. interpretabimur,
nõ autem demum poſt mortem Berte predicte,quia ſic in dubijs
ſemper interpretamur quod res magis valeat,quam pereat. ff. de 22
rebus du.l.quoties.j.ad Sylla.l.pe.cum ſi.Item ſi interpretamur.
Titium demum poſt mortem naturalem Berte predicte ad fidei
com.admitti res periclitari,ꝛ perire poteſt,quia premoriente Ti-
tio,nil ad eius heredem tranſmittit.ff.de condi.ꝛ demon.l.dies in-
certus,ꝛ heres meus,quando di.le.ced.l.Titio.Si autem interpre
tamur,quod ea ſtatim ad ſecunda vota tranſeũte admittatur , res
valet ꝛ in tuto ponenda eſt,ꝛ ad heredem,vt puta purificatã tranſ

mittet.ff.de condi.⁊ demon.l.legata ſub conditione.⁊ l.quibus.§.ſi.
ergo ſatis admittitur Titius.non expectata morte naturali dicte
Ber. Quinto,⁊ vltimo ſic.Voluntates teſtatoris coniecturamus
ex precedentibus ⁊ ſequentibus.ff.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.§. ſi.
13 cum ſi.item alias in dubijs †parificatur proximus,⁊ vxor defuncti
j.de le.l.cum rem alienam.⁊ arg.ff.de iud.l.interdum. Qua ergo ra
tione vxor prefertur eadem ratione Titius conſobrinus prelatus
eſſe intelligitur heredi eius.Facit quod no.in l.cum acutiſſimi.j.de
fideic.ideo maiori ratione,quia conſobrinus prefertur vxori ab in-
teſtato,vt j.vnde vir,⁊ vxor. l. j. ⁊ ſic ratione conſanguinitatis ali-
quid operabitur,vt d.l.ſi ſeruus plurium.ad ſi.ff.de le.j.cum ſi.Nec
videtur curandum,quales eſſent heredes teſtatoris huiuſmodi ex
tranei,an filij,vt pote cum videmus ex voluntate teſtantis hũc Ti
tium preferri heredi.que voluntas preualet etiam, ſi heres ſit filꝰ
arg.ff.de libe.lega.l.Aurelius.§.Titius.de libe.prete.l.iij.§.ſi.Sol-
uendo queſtionem predictam tenuit ipſe Rayn.quod Titius con
ſobrinus admittitur,non expectata morte predicta per tranſitum
ad ſecunda vota,per rationes pro hac parte adductas,⁊ duas a-
lias ſpeciales.Prima per text.ff.quando dies legat.ced. l. ſi ita.ad
Treb.l.mulier.in princ.vbi fideicommiſſum relictum filijs per ma-
trem,ſi morte patris ſui iuris efficiantur. idem erit ſi ſui iuris effi-
ciuntur per emancipationem.Et redditur ratio quia pro tanto di-
xit mater,⁊ ſui iuris effecti fuiſſent per mortem patris,quia nõ cre-
didit eorum patrem emancipaturum.nam immortalitatem non re
ſtrinxiſſet,ſi eum emancipaturum ſperaſſet.Non ob.l.fideic.§.ſi cui.
de leg.iij.quia intelligitur.ſecundum illas,vt ibi no.Ita in propoſi
to dici non poteſt, quod pro tanto dixit teſtator de morte Berte,
qꝛ credidit eam non tranſiturã ad ſecunda vota,non enim in mor-
tem diſtuliſſet,ſi eam tranſire ad ſecunda vota crediſiſſet.Item ad
hoc idem facit ff.de annu.leg.l.codicillis.§. ſi. vbi oſtenditur quod
cum teſtator legato Bertam honorauit,amplius de ea loquendo
videtur loqui de ea,vt legatario,vnde cũ dicit,poſt vitam ſuam,in
telligitur eius legatarie.Pro hoc ff.de fideic.li.l.Luciꝰ.⁊ l.Thais.
§.Stichus,⁊ ideo dilatio fideic.Titio conſobrino appoſita vide-
tur fauore Berte,vt apud eam legatariam mille permaneant,cum
igitur deſinit eſſe legataria,per tranſitum ad ſecunda vota, ſtatim
Titius admittetur,ſicut in d.l.codicillis.§. ſin. ¶Ad rationem in
contrarium reſpondeo,⁊ primo ad primam,quia non dico Titiũ
admitti per mortem Berte,ſed per tranſitum ad ſecũda vota quo
caſu etiam teſtator videtur reliquiſſe fideicommiſſum Titio, vt ſ.
probatum eſt.Ad ſecundam dico,quod voluntas teſtatoris dubia
dici non debet cum per euidentes coniecturas conſtet de eius vo
luntate,vt ſ.probatum eſt. Ad tertium,quod ius metimur ex vo-
luntate,alias ex perſona actoris cõcedatur.Et ita hic ſit,quia pro
actore eſt ius,vt ſ.probatum eſt.Ad quartum reſpõdeo, quod nõ
concedo,quia etiam in caſu ante mortem Berte,videtur relictũ fi-
deicommiſſum Titio,ſcilicet finito vſufructu,per ſecunda vota,⁊ eo
modo ad quintum quod ad idem tendere videtur. ¶Ad ſextũ re
ſpondeo quod in l.quibus dieb.§.quidam.ſuper quo ſextum argu
mentum fundatur,quod ibi ſolũ in caſu mortis erat legatum,⁊ ideo
non prius cedit,nec venit dies.At in caſu noſtro videt̃ fuiſſe teſta-
toris intentio etiam ſi Berta trãſiret ad ſecunda vota quod Titiꝰ
admittatur,vt ſ.probatur.Et eodem modo poteſt reſpõderi ad l.
ij.j.de his que ſuo mod.⁊ de vſufr.le.l.vxori vſumfructum.⁊ de cõd.
14 ⁊ demon.l.ij.ad ſi. ¶†Vlti.venio ad queſtionem quã ſepe vidi de
facto,Martinus in teſtamento ſuo ordinauit vxorem ſuam domi
nam maſſariam,⁊ vſufructuariam,donec honeſte cuſtodierit lectũ
ſuum,⁊ non exiget dotes,⁊ donationes ſibi per eum conſtitutas,
illa vxor ceſſit iura,⁊ actiones fratri ſuo,vel cuidam alteri in dote,
vel donatione,queritur an ceciderit a legato per talem ceſſionem,
⁊ primo videtur quod tali legato priuetur,quaſi extiterit conditio
exactionis dotis,⁊ donationis eo ipſo qđ ceſſit ⁊ vendidit ius ſuũ,
⁊ pretium accepit.ff.de peti.her.l.ſi rem,⁊ pretium.⁊ de leg.ij.l.Im
perator.§.ſi.⁊ l.ſeq.cum ſi.Et pro hoc.ff.de her.vel acti.ven.l.ij.§.p-
uenıſſe.Item pro hoc facit coniectura voluntatis teſtatoris,qui vi
detur voluiſſe qđ iſta dos,⁊ donatio remanere debeat penes vxorẽ
vt ex fructibus poſſent ſibi ſuſtentari. Itaque videtur conſiderare
effectum exactionis,non modum exigendi.⁊ non refert quid ex e-
quipollentibus.nat.j.de inſti.⁊ ſubſti.l.iij.cum ſi.⁊ ibi in gl.noſtra ⁊
pro hoc j.de leg.l.cum queſtio.in ſi.cum ſi.Et pro iſta opi.recte in-
tuenti videtur facere j.de bo.autho.iudi.poſſi.l.ſi vxor.cum glo.ibi
poſita,⁊ de condi.inſti.l.mulier.in princi.que ſatis videtur innuere
15 †verbum exigere ſic largum,vt extendatur ad omnem petitionem,
⁊ receptionem,nam licet in ſtricta ſignificatione exigere ſit ab inui
to extorquere.ff.de le.ij.l.fideic.§.ſi rem. tamẽ quandoque largius
ſumitur,vt ibi,⁊ j.de fur.l.fallus. ¶Econtra videtur quod legatũ
vxoris non pereat per talem ceſſionem, quia non extitit conditio
exactionis quod patet ex proprio ſignificato huius verbi exigere.
ff.de ver.ſig.l.debitoris,⁊ l.verbum exacte pecunie.licet gl.ibi poſi-
ta adduci poſſit in oppoſitum,⁊ videtur pro hac parte tex.expreſ-
ſus.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſoluitur.§.ſi conuertit.ibi, tunc
enim manent omnes obligationes.Verba enim cum effectu debet
intelligi,vt ff.quod quiſque iur.l.j. §. hec autem verba.cum ſi. Nec
enim eſt reperire verbum exigere,trahi ad ceſſionem. ¶Circa ma-
teriam predictã,vidi peritos dubitare,⁊ in diuerſis opinionibus
exiſtentes.Vltimam tamen credo veriorem,⁊ ideo cauti teſtatores
conſilio aduocatorum,ad omne dubium preſcindendum adijciũt,
quod etiam non poſſit cedere actiones in aliam perſonam. Alias
plures queſtiones de legat.vxori relictis inuenietis in margarita
in d.ti.de alimen.⁊ in Spe.qui fil.ſint.leg.⁊ j.de rei vxo.act.l.j.§.exa
ctio,⁊ §.illud.Et hoc opere neſcio ſi aliquid hic deficit vſque ad ſi
* nem huius preſentis repetitionis.*Tamen credo quod ipſam ha
beas completam,⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶Hoc locum.Vide circa iſtam materiam quando
vxor relinquitur domina maſſaria ⁊ vſufructuaria, que ſcripſi in l.
Titia.de leg.ij.ad Bar.An autem mulier,que eſt relicta domina,
vſuaria,⁊c,poſſit accipere propria auth.an vero debeat habere de
manu heredis,ſingulariter.in l.j.ff.re amo.decidit quod poteſt pro
pria auth.⁊ dicit nunquam alibi vidiſſe niſi per Io.An.in additio.
Spe.in ti.qui fil.ſint le.§.j.vide Are.cõſi.xl.in j.dub.Item quod ex
vigore verbi,domina poſſit propria autoritate apprehendere,te
net Albe.hic,⁊ Bal.in c.ſi.de conſti.Adde quod habes pro de
ciſiõe quod poſſit propria autoritate.j.in iij.apoſtilla ma
iſtud voluit Bar.j.⁊ vide Iaſ.in l.nemo poteſt.in iij.q.de le
de in contrarium quod dicit Ale.contra hoc conſi.lvj.vol.
Itẽ quid ſi ſint inſtituti extranei,⁊ vxor relicta vſufructuaria
caſu habere debet totum vſumfructum,an iſto caſu extraneus
ciat partem in vſufructu legato,vide Pau.cõſi.ccxviij. inci. quo
vxor quondam dicti in j.vol.Quid autem ſi teſtator mandat vxo
honorifice tractari,prout ipſe faciebat tpe vite ſue, quid impor
tent hec verba,⁊ quid poſſit petere vxor eorum vigore,vide Iaſ.
Alex.in l.j.C.de legi.Item quod poteſt petere mulier dotem ſuã,
poſtea etiam alimenta,vide Io.de Ana.conſi.xlij.qui tamen vide-
tur loqui quando dos erat etiam ſibi legata a teſtatore. Quid au-
tem ſi teſtator relinquat vxorem dominam,maſſariã,⁊c.⁊ ipſa mo-
riatur,⁊ aliam ducat,an ſecunda cenſeatur relicta eodem modo,vi
de Dec.in c.quoniam abbas.de offi.deleg.Item quod poteſt pre-
dia locare,licet habeat ſolum vſumfructum, dicit Bal. in c.quia.
de conſtit.

b P. PAV. P. ¶Queſtionem.Videtur quod legatum taliter con-
ceptum debet operari legatum plene proprietatis per text.⁊ que
ibi ſcripſi.l.Paulus.ff.de vſufr.cum ſint verba incompatibilia cum
ſolo vſufructu.Item circa iſtam materiam adde quod ſi datus eſt
ſubſtitutꝰ filio ⁊ relictus vxori vſuſfructus,qui reducitur ad alimẽ
ta,ſi eueniat caſus ſubſtitutionis,an tunc vxor debeat habere ple
num vſumfructum contra ſubſtitutum, vide Alex.in l.ſi con
vulg.⁊ pupil.Bar.conſi.clxx.Item an ſi teſtator relinquat vx
vſufructuariam in teſtamento omnium bonorum, ⁊ poſt m
vxoris inſtituat Titium heredem vniuerſalem,valet legatum
fructus,vide moder.late in l.extraneum.C.de her.inſti.Alex.con
ccccxxv.circa ſi. Et an iſto caſu poſſit vxor accipere vſumfructu
propria autoritate ante aditam hereditatem, ⁊ quedam alia
late per Are.in l.filius a patre.ff.de lib.⁊ poſth.Item quod ſi t
pore mortis teſtatoris extent filij,quo caſu mater non debet h
re niſi alimenta,poſtea moriantur filij,an debeat habere integ
vſumfructum vide Ang.in conſi.xcj.inci.in Dei nomine ad ſi
eundem conſil.ciij.incipi.quidam patronus.ad ſi.Item in ma
huius auth.vide Ang.in conſil.cxxxvij.inci. reuocatur in dub
vbi autem iſtud priuilegium conceſſum filijs tranſeat ad co
ſubſtitutos extraneos,vide Bald.in l.fin.C.de indic. vidui.tol
ſin.Item in materia huius auth.vide Alex.conſil.ccccxxiij. vbi
mitat hanc diſpoſitionẽ nõ procedere qñ teſtator in teſtamẽto
quiſſet alimẽta vxori,poſtea in codicillis religſſet eã maſſariã ⁊
ſufructuariã,⁊ quedã alia in materia in duobꝰ cõſilijs ſequẽtibus
Quid aũt ſi teſtator ſolũ dixit vſufructuariã,vel ei religt vſumfru
ctũ,vide Pau.Picũ in repetitione l.Titia.§.Titiꝰ.in v.q.in ver.
mita.vbi allegat Are.⁊ Iaſ.de quibꝰ j.ff.de le.ij.vide do.Frã.con
lx.vide Iaſ.in l.cum hi.§.ſi in annos.ff.de tranſa.vbi multa alleg
pro ⁊ contra.tandem idem tenet quod Are.Item no.quod ſi teſta
tor reliquit vxori vſumfructũ omnium bonorum, poſtea in ſub
tutione pupillari ſi impubes deceſſit,ei reliquit predium quo ad
prietatem quod vxor in eo predio ante mortem pupilli nõ poteſt
petere vſumfructum,vide do.Fran.conſi.lxxiij.vide etiam in ma
teria Bar.conſi.ix.Quid autem ſi filius ſit inſtitutus pro parte,
extraneus pro parte,⁊ vxor ſit domina ⁊ vſufr.vide Bar.cõſ.
Quid aũt ſi teſtator prelegat certas poſſeſſiões vni ex heredibus,
poſtea legat generaliter vſumfructũ omniũ bonorũ, an ẽt habere
debeat vſumfructũ in bonis prelegatis,vide Pau.cõſ.ccxl. An au
tẽ ſi vxor ſtetit in bonis,ipſis vtendo ⁊ fruendo bonis triginta an
nos

nos,quibus nõ petit dotem ſuam,an ei obſit aliqua preſcriptio, vide Pau.coñ.cczlij.circa finem.Quid autem ſi teſtator relinqueret vxori alimenta,⁊ vſumfructum ſi filius eius vixerit,an videatur velle quod quoſque receperit alimenta.nõ poſſit dotes repetere, vide Pau conſi. cczlviij. Et ibi etiam ponit quid iuris quando teſtator dicit quod percipiat alimenta donec dotem ſuã non repetet,quid ſi eam recuperet a ſponte ſoluẽte , an perdat legatum alimentorũ, vide Jaſ.in l.j.C.de legibus.Bar.in l.amplius non peti, ante finẽ, ff.rem ratam haberi.Quid autẽ ſi vxor ſit relicta domina ⁊ gubernatrix,Uide Pau.conſ.cccviij.ad finem.quid autem ſi teſtamento ſunt relicta ſolum alimenta.poſtea in codicillis ſit relicta domina, maſſaria,⁊ vſufructuaria,vide Paul.conſil.cccxcj. Quid autem ſi eam relinqueret dominam,⁊ poſtea in eodem teſtamento, dicat, ⁊ vltra predicta legat victũ ⁊ veſtitum.quod omnino habere nõ debet niſi alimenta,vide Joan.de Ana.conſi.xxxvj.cum addi. de leg. ¶Repugnãtia. Adde vt per Ro.conſi.lxx.Pau.de Ca.cõſi.cccxc.

P.PAV.P. ¶Uſumfructum.Idem in hoc membro tenet Abb.⁊ Sali.hic.Bal.in l.fi.C.de indi.vid.tol.Jo.An.in addi.Spe.in ti.de pig.§.fi.Ang.conſi.cxxxviij.inci.reuocatur in dubiũ.⁊ conſi. cclvij. inci.ſer Simon de Regio.in ver.hoc premiſſo, maxime quando teſtator liberaſſet eam a confectione inuentarij ⁊ a ratione reddenda ⁊ quod poſſit capere propria autoritate, vt per Ro.in ſing. ſuis in ſing.inci.tu habes tex.in l.ſpecies.facit quod no.Bar.in l.cotẽ ferro.§.maximos.de pub.idem Bal.in l.ſi peti.in j.no.C.de vſuf.Spe. in ti.qui fil.ſint leg.§.j.ver.ſed quid ſi quis ita dixerit.facit quia conſuetudo eſt ſtricti iuris,⁊ non debet ſuos terminos excedere.l.j.§.ſi quis hoc interdicto.ff.de itinere actuq priu.cum ſi. cõtrariã tenet opi.quod non habeat niſi alimenta,etiã iſto caſu extantibus filijs, tenet Bar.in l.Titia.ff.de le.ij.⁊ cõſil.clxxj.inci.Nicola.ſer Amati. ⁊ l.ſicut in omnes.ff.quib.mo.vſufr.amitta.Pau.de Ca.cõſi.cccxcj. inci.quod vxor quondam rectoris.Idem Jo. An.in addi. ſpe.in ti. de pig.§.ſequitur in additio. que eſt ante ver.alia quoq actio. vbi refert Ubertum de bobio ita tenuiſſe.Idem tenet practicus Papien. in forma libelli,quo vxor petit dotem,⁊ vſumfructum.in ver. donec vitam duxerit vidualem.Idem firmauit excellens modernus do.Conr.de Barcijs in tract.ſuo de dote.non ob.adiectio dictorũ verborum.quod poſſit capere ſua propria authoritate, quia etiã ſi non fuiſſent appoſite iſtud potuiſſet ſecũdum Ang.in l.j.re. amo. ⁊ vltra Bar.hic Pau.infert.Non obſtant authoritates in contrarium allegate,quia loquuntur ⁊ procedere poſſunt in terminis iuris communis.ſed attenta conſuetudine vulgari ſecus eſt.non obſtante quod conſuetudo ſit ſtricti iuris , quia non poteſt reddi ratio diuerſitatis inter predictos caſus.Et ita pro hac vltima parte conſuluerunt d.Ja.de Cliuo.⁊ do.Jo.de Beſu. medio. Uide alia, que habes.ſ.in ij.apoſti.mag.Et pro iſta parte, vide late Are.conſi.fi.Jaſ.in l.cum hi.§.ſi in omnes.ff.de tranſac.

POMA ¶Teſtamento dixit.Uide Ale.poſt.Pau.de Caſ.in l.ſi mater.C.de inſti.⁊ ſubſti.ſub condi.fac.⁊ conſi.c.vol.iij.⁊ Are.⁊ ibi doc.gl.in d.l.ſi quis ita heres.ff.de acq.her.vide etiam Alex.in cõſi.cxxx.in ver.fortificantur.in ij.vol.⁊ Jaſ.in l.ſi extraneus, in ver.ij. ad predictum no.ff.de condi.ob.cau.vbi per hanc l.dicit quod verba enunciatiua.etiam inter alios fauore dotis probant. Et Prepoſi.in c.ij.de ſponſa.⁊ addidi ad Pau.in c.ſig.in additione que incipit,duo actiones.de reſcr.⁊ Doc.in c.cum omnes.ij.q.viij.vbi dicit quod concurrere poſſunt duo ſpecialia,vbi vnum venit ab altero,⁊ Are.clxiij.⁊ clxiiij.Ale.conſi.cvij.vo.v.Uide ẽt Feli.in c. cũ te. de re iud.⁊ d.Alex.in l.ſi aliquam rem.in ver.non ob.ff.de acq. poſ. in ver.dicit Jmo.⁊ Soc.conſi.cxij.⁊ Bar.in l.gerit.ff.de acq.her.

P.PAV.P. ¶Teſtamento dixit.Uide d.Alex.conſi.cclxxiij. vide late Jaſ.in l.iij.C.de inſti.⁊ ſubſti.in l.gallus.§.⁊ quid ſi tantum. de libe.⁊ poſth.Are.in l.ſi quis heres.de acq.her.

* CLAV. DE SEISS. ¶Concludo ergo.Et interim durãte vita ſtius vxoris poteſt ſcriptus heres adminiſtrare ea inuita:ſecũdum Bal.notab.in l.ſi quis inſtituatur.ff.de heredib.inſti.

* CLAV. DE SEISS. ¶Et ita ſeruatur.Sequitur Ro.conſ. liij.⁊ conſi.cxviij.in j.dub.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Et iſta alimenta.De hoc vide per Alex.in l.nemo poteſt.de leg. j. Quid autem ſi filij qui ſupererant tempore mortis teſtatoris moriantur,an tũc habeat integrum vſumfructum,vide Bar.in l.iij.ff.quib.vſuſfru.amit.⁊ Bal.in ij. lect. Jſtam tamen doctrinam gl.⁊ doct.limita ſingulariter vt procedat qñ expſſe vel alias appareret de mẽte teſtatoris: puta ſi primo ĩ teſtamento reliquit vxori alimenta,demum in codicillis reliquit eã dominam ⁊ vſufructuariam.ita ſingular. Alex.conſi.liiij.vol.iij.⁊c.

* CLAV.DE SEISS. ¶L.fi. Uide Bar.conſi.ccxj.inci.quidam ſibi filios.in iij.⁊ iiij.dub.libr. j. ⁊ conſi.v.libr.ij. vbi ponit quomodo preſtari debeant alimenta.

CLAV.DE SEISS. ¶Hanc queſt.De iſta queſt.vide per Ro. conſi.xxj.⁊ conſil.cliiij.

¶Eu Titius.Adde vt per Bal.conſi.cccccij.iiij.lib.

* ¶Queritur.De iſta queſtione vide Pau.de Ca.⁊ Alex.in l.ſi mater.j.de inſti.⁊ ſubſti.⁊ per Alex.in l.mulier.in prin.ff.ad trebel.

* CLAV.DE SEISS. ¶Repetitionis.Alex.in l. filius a patre. ff.de lib.⁊ poſth.dicit quod non putat hanc repeti.fuiſſe Bar. ⁊ q fuit addita decem annis poſt mortem Bar.

De dotis promiſ.& nuda pollici. Rubr. XI.

LEX I.

a b c * **Fruſtra.** [a] Duo ſpecialia non poſſunt circa idem concurrere.h.d.tex.[b] cũ gl,Op.de l.cum poſt.§.gener.ff.de iur.do.Plures ſolutiones dantur in gl.iſta.communiter tenetur, ⁊ eſt magis no.quod hic ideo non cõcurrant duo ſpecialia,[c] * ſcilicet quando agatur ex pacto nudo,⁊ ſtipulatione incerta,⁊ vide tuam glo.que hoc no.dicit, ⁊ tene menti perpetuo,⁊c.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶Fruſtra.Uide do.Fran.conſ.clxiij.Jtem limitat vt per Feli.in c.cum M.extra de conſti.

b POMA. ¶Hoc dicit tex.Limita,niſi illa duo ſpecialia ſint introducta de iure communi.Bal.in l.j.circa fi.C.quãdo lic.ab emp.diſ. quod dictum commendat Feli.in c.cum M.de conſti.

c ALEX. ¶Duo ſpecialia.Uide Bart.in l.ita ſtipulatus. ⁊ in l.j. ſol.mat.quomodo intelligitur duas fictiones concurrere non poſſe,vide Bal.in l.conuenticula.de ep.⁊ cler.Uide etiam in l.ſi is qui.pro emptore.de vſucapi.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Duo ſpecialia.Hec regula habet locum etiam in beneficijs principum , vt quamuis alias latiſſime interpretentur,tamen quando continent duo ſpecialia,debent ſtricte interpretari vt declarat Bal.in l.fi.ff.de man.prin. p quo facit tex. ⁊ regula quam ſumit Bal.in l.ſi non lex.ff.de here.inſti. idem Bal. ponit in l.j.in pe.col.j.de furt.⁊ in l.eam quam.j.de fideic.⁊ Jo.An. in c.j.de fil.preſbiter.libr.vj.Jſta tamen regula poteſt limitari ⁊ intelligi quando illa duo ſpecialia ſunt contra regulas iuris communis.⁊ ita videntur loqui gl.⁊ doc.hic ſecus ſi alterum eſſet contra aliquod ius ſpeciale,per l.ij.⁊ q̃ ibi no.Bal.ſ.ad velleia.facit l. eius militis.§.iniuria miſſus.ff.de teſta.milit.dictum eſt in l.j.ff. ſol. mat.per do.Claud.ibi.Et ad intellectum huius l.vide Alex.in l.iciendum.ff.de ver.obl.⁊ contra communem intellectum allego tex.l. ſi ſtichus.ff.de leg.iij.vbi erat incertitudo ⁊ circa artificium, ⁊ circa ſimpium.

LEX II.

a **Si pro dote.** [a] Hec lex habet ſecundum gloſſ. vnum ita notabile, ⁊ ſingulare dictum quod neſcio alibi inuenire,breuiter dicit quod inducitur preſtatione vſurarum longi temporis , illud inducitur vinca promiſſione.h.d.Tene menti perpetuo,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Si pro dote.Per hanc legem dicit no.Bar.in l.legata. de le.j.⁊ hic no.in gl.q verba enunciatiua pro dote probant plene, vt dixi in l.ex hac ſcriptura.de do.ſecundum glo.⁊ doct. hic.⁊ in d. l.cum de in rem verſo.⁊ no.bene q hoc ſit ſpeciale in dote, ⁊ ſit ius commune in caſu illo. ADDE Bal.conſi.cxxiij.Ro.no. cccexcix.

LEX III.

a **Si cum ea.** [a] Breuiter dicit promiſſio dotis incerta valet,⁊ intelligitur arbitrio boni viri.h.d.iſta lex.Simile habes in l.cum poſt.§.gener.de iu.do.

1 Querit gl.qualiter intelligatur arbitrio boni viri.gl.dicit. ⁊ bene inſpecta perſonarum qualitate,⁊ diuitijs. ¶Et inducit in ar.ad q.

2 de eo, † qui commiſit ſe manib.inimici , vt videatur ſe commiſiſſe arbitrio boni viri.Idem dicit gl.in l.pe.ff.de arb.⁊ dic vt ibi,⁊c.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶Si cum ea.Limita ſingulariter vt per Pau.de Ca. conſilio cxxv.

LEX IIII.

1 ☞ Jnſtrumentum,in quo quis confitetur ſe recepiſſe, quod nõ recepit,probat quod ille promiſit dare,cui eſt facta confeſſio.

Si voluntate. Breuiter dicit, quod ſi quis in dotem confeſſus eſt recepiſſe, quod non recepit,id poteſt peti. hoc dicit. hec l. not. ¶Et

1 not. ex illo inſtrumento, in quo quis confitetur ſe recepiſſe † quod non recepit, probatur quod ille promiſit dare cui eſt facta confeſſio. ⁊ vide text. ¶Contra hoc oppon.gloſſ.de l.qui pecuniam.ff.ſi cer.pe.gl.non ſoluit.Hic quod dos debet ſolui de neceſſitate,quia eſt acceſſoria ad matrimoniũ , mutuum vero fit ex voluntate.Hoc probatur in l.j.ff.qui pot.in pig.hab.Ulti. dicit gl.quod eſt verum,

a niſi ſit factum animo ſimulandi,vt faciunt ignobiles,[a] quãdo acci-

2 piunt nobiles in vxores.⁊ vide gloſ.† Aduerte,[b] quidam popula-